Fragmentarium

Cui honor virtus gloria deo patri et fil[io]

sancto simul paraclito in sempiterna s[ecula]

A · M · E · N

Verbum supernum prodiens a patre

olim exiens qui natus orbi

subvenis cursu declivi temporis

Illumina nunc pectora tuoque amore

Concrema audito ut preconio sint pulsa tandem

lubrica · Iudex cum post aderis rimari facta

pectoris reddens vicem pro abditis iustisque

regnum pro bonis · qui demum arcemur malis

pro qualitate criminis sed cum beatis

compotes simus perennes celibes · cui honor

Gloria deo patri et filio sancto simul [illegible]

[illegible] condidit [illegible]

[illegible] redemit [illegible]

[illegible] replevit

[illegible] caritate refulsit [illegible]

Ignis vibrante lumine lingue figuras

detulit verbis ut essent proflui et caritate fervidi

Linguis loquuntur omnium turbe pavent gentilium

musto madere deputant quos spiritus repleverat

Patrata sunt hec mystice pasce peracto tempore

sacro dierum numero quo lege fit remissio Te

nunc deus piissime vultu precamur cernuo

illapsa nobis celitus largire nobis spiritus

Dudum sacrata pectora tua replesti gratia dimitte

nostra crimina et da quieta tempora Sit laus

patri cum filio sancto simul paraclito nobisque mittat

filius karismata sancti spiritus Amen

A M E N

License: public_domain – Oudenaarde, Stadsarchief Oudenaarde, Oud archief stad Oudenaarde, nr. 484, Van Hembuyse, losgemaakte fragmenten, fragment 15, fol. [1]v-[2]r – School book, with writing exercises in Latin (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m7be/8938/67099)